

tiano<sup>1</sup> | Sosio Prisco<sup>2</sup> pontifici, sodali | Hadrianali, sodali Antoniniani (*sic*) | Veriani (*sic*), salio Collino, quaestori | candidato Aug., legato pr. pr. Asiae, | praetori, consuli<sup>3</sup>, proconsuli Asiae sortito, praefecto alimentor., | XXviro monetali, seviro, praef. | feriarum Latinarum; qq., patrono | municipii, salio, curatori fani H. V.<sup>4</sup> | s. p. q. T.<sup>5</sup>

*Tibure (XIV 5609).* — 1) Uryntiano legit Borghesius, sed initium incertum est, Amyntiano commendatur lapide Pamphylio bull. de corr. 44 (1890) p. 645. — 2) Est filius Q. Pompei Falconis, supra N. 1055, pater Sosiae Falconillae N. 1103. Ei (praeter N. 1106) positi sunt tituli Tarracinensis X 6522 et Campanus X 5724; in his appellatur Q. Pompeius Q. f. Senecio Sosius Priscus, alibi Q. Sosius Priscus tantum. Nomina Q. Pompeii Roscii Murenae Coelii Sili Deciani Iulii Euryclis Herculanei Vibulli Pii communia habuit cum patre, Senencionis et Sosti nomina sumpsit ab avo materno Q. Sosio Senecione (cf. N. 1105 not. 5), Sex. Iulii Frontini a proavo (cf. N. 1105 not. 5), Augustani Alpini Bellici Sollertis a Bellicio Sollerte, consule temporibus Traiani (N. 1051; cf. etiam N. 1050). — 3) Consul fuit ordinarius a. 169. — 4) Cf. supra N. 1101 not. 2. — 5) Senatus populusque Tiburs.

**1105** Sosiae Falconillae, | Q. Pompei Sosi Prisci cos.<sup>1</sup> fil., | Q. Pompei Falconis cos.<sup>2</sup> nep., | Q. Sosi Senencionis cos. II<sup>3</sup> pro.<sup>4</sup>, | Sex. Iuli Frontini cos. III<sup>5</sup> abn., | quod oblatis publice | parenti eius Sosio Prisco c[os.] | statuis eiusdem Falconilla[e] | n. V<sup>6</sup>, ipse una recepta circ[a | re]li[q]uas onus sumptus[q. | omnes] remiserit ordin[i] | . . . . .

*Cirtae (VIII 7066 aliquoties descripta, post periit). Cf. Borghesius Bull. Inst. arch. 1853 p. 184 seq. = opp. 8 p. 564. — 1) Vide N. 1104. — 2) Idem cui positi sunt tituli supra N. 1055/6. — 3) Sosius Senecio consul fuit a. 99 et 107. — 4) Pro-nepti. — 5) Sex. Iulius Frontinus abavus Sosiae Falconillae, notus est scriptor, cos. tertium ordinarius a. 100. — 6) Numero quinque.*

**1106** Q. Pompeius Falco Sosius Priscus | c. v., pontifex, praetor designatus | Q. Pompeio Quirina Sosio Prisco<sup>1</sup> | proavo, qui vixit annis LXII | mens. VIII d. XIII in Praesente II cos.<sup>2</sup>, | sanctissimo viro et fortissimo, somnio | monitus pronepos piissimo et domus sua | conditori religiosissimo consecravit.

*Romae (VI 1490 bis descripta saec. XVI). — 1) De Q. Pompeio Sosio Prisco cf. N. 1104. Pronepos eius, qui titulum posuit, praeterea ignotus est. — 2) Videtur significari Priscum vixisse usque in Praesente(m) iterum consulem, i. e. usque ad annum 180, quo Bruttius Praesens (infra N. 1147) consul fuit iterum cum Condiano.*

**1107** M. Macrinio Avito M. f. Claud. Catonio | Vindici<sup>1</sup> cos., aug. p. R. Quiritium, leg. Aug. | pr. pr. prov. Moes. inf., leg. Aug. pr. pr. prov. Moes. | sup., cur. civitat. Arimin., p[er]roc. prov. Dac. Malu., | praef. alae contar., praef. alae III Thrac., | trib. mil. leg. VI Victr., praef. coh. VI Gall., donat. | donis mil. in bell. Germ. ab imp. M. Aur. Antonino Aug. hast. | pur. II et vexill. II corna (*sic*) mural. et vallar., | Iunia Flaccinilla marito karissimo et | Macrinia Rusina patri piissimo. | Vixit aulis XLII m. V.

*Romae in museo Vaticano (VI 1449 vidit Henzen). — 1) Incertum qua parentela hic Macrinius Catonius Vindex coniunctus fuerit cum Macrinio Vindice praefecto*